



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicoꝝ, 1607

S. Ioannes Christi Cavsa Mendicvs, quem Calybitam nuncupant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

& habentis præcipites aufugerunt. quod rex cum spectaret, inops consilij re infecta domum se recepit. His D. Iacobus prodigijs nobilitatus summa ætate, beata potitus pace obdormiuit.

ANNOTATIONES.

OMnes sacri (a) Fasti seu Romani, seu Bedæ, Notkeri, HRabani, Vsuardi, Adonis celebrant hunc decantatissimum Iacobum (b) Menologiũ, Menæa rursus 13. Sept. Acta Iacobi composuit (c) Theodoretus, (d) Gennadius, Cassiodorus, (e) Nicephorus, Palladius, Baronius, Anno C. 338. Annali. 3.

a] 15. Iulij.
b] pridie
Cal. Nov.
c] Theod. e
1. Hist. 1. c.
7. li. 2. c. 30.
d] De Viris
Illust. c. 1.
lib. 8. c. 14.
li. 9. c. 28.

S. IOANNES CHRISTI CAUSA MENDICVS, quem Calybitam nuncupant.

15. Sept.
17. Cal.
Octob.
15. Ian. idē
in Menais
& Marty-
rol. Roma-
no. Menol.
Graco.

Ioannes Constantinopoli patre Eutropio senatorij ordinis, matre Theodora natus, in ipsis primæ adolescentiæ annis, à litterarum officina, clam parentibus & pædagogis, cuidam se monacho addixit, & cœnobium * Acœmetorum ingressus, ibi remotam à turbis vitam complexus, duræ admodum disciplinæ religiosorum adsuevit. Postea yerò quam illi veterator improbus Philtrũ poculumue desiderio parentum mixtum, propinavit ac tentavit, etiam in hoc certamine aduersarium deiecit. Etenim cum se-

* quasi discas semper
vigilanti-
um.

ipsum præfecto monasterij aperuisset, rogassetq; vt omnium se patrum votis commendaret, qui consilium suum adiuuarent, mendicabuli centonibus indurus, pannisq; oblitus, ad paternas eedes properat, vbi annis aliquot gurgustio inclusus à vernulis, seruisq; domesticis pro ludibrlo habitus, ante vestibulum degebat, cum interim parentes cum ingenti prodire pompa spectaret, & seipsum veste vilissima ignotum redderet. Morti demum vicinus matri aduocatae Euangelium auro pulcherrimè exornatum, quod ab illa, dum ludum obiret literarium, puer acceperat, pro signo quo se, quis esset, aperuit, exhibet, & animam simul in manus domini edit.

ANNOTATIONES.

Illustrius est etiam in Latina Ecclesia S. Alexij factum, cuius vitam & acta qui nescit, nã ille historiae Christianae est valdè imperitus. De hoc scripsit præter Metaphrasten Nicephorus lib. 15. c. 23. qui mentionem illius tantum facit. extat & M S.

30. Sept.
prid. Cal.
Octob.

30. Ian. ca-
dē narra-
tur histo-
ria.

MEMORIA SSS. PPP.
NOSTRORVM, DOCTORVM
ECCLESIAE, BASILII M, GREGORII
THEOLOGO S. CHRYSOSTOMI.

Cvt hæc trium patrum celebritas insti-
tuere-